

**Fredegarius, IV 4. 89**

**4. 89.** Anno quarto regni Chlodoviae, cumque Nantildis regina cum filio suo Chlodovio regi post discessum Aeganem Aurilianes in Burdiae regnum venisset, ibique omnes seniores, pontevecas, ducebus et primatis de regnum Burgundiae ad se venire precepit. Ibi cum Nantildis sigillatam adtragens, Flaogatum genere Franco maiorem domus in regnum Burgundiae a electionem pontevecum et cumtis docebus a Nantilde regina hoc gradum honores stabilitur, neptemque suam nomini Ragnoberta Flaochadum disponavit. Espunsalias has, nescio qua factione, fiuntur; nam alium consilium secrete Flaochatus et Nantildis regina macenavant, quem credetur non fuisse Deo placebelem, ideoque non mancepavit effectum. Cumque Erchynoaldus et Flaochadus maiores domi inter se quasi unum inissint consilium, consencientes ab invicem, hunc gradus honorem, alterutrum solatium prebentes, disponent habere feliciter. Flaochadus cumtis ducibus de regnum Burgundiae seo et pontefecis per epistolas, etiam et sacramentis firmavit, unicuique gradum honoris et dignetatem seo amiciciam perpetuo conservavit. Hanc dignetatem sublimatus Flaochadus, regnum Burgundiae pervagatur, consilium adseduae iniens, priorem inimiciciam, qua cordis arcana dio celaverat, memorans, Villebadum patricium interfecere disponebat.